



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolæ per octiduum faciendi - item
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo
deliberantibus accomodata, Una cum ...

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1680

Med. I. De iudicio particulari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48834)

amabis, quantò plùs de lumine gloriæ per eadem opera tua obtinueris.

Confidera II. Cùm nescias, quantum tempus tibi superest ad dictas bonorum operum divitias colligendas, hæc tunc autem satis negligentem te hac in collectione ostenderis, non vel ipsa ratio, & amor tam DEI, ut dixi, quàm tui ipsius dicitur, summopere laborandum tibi esse, ut, quando in artificio tuo (adjuvante tamen divina gratia) positum est, majoris, minorisve valoris opes congregare, omnem tuum conatum ad præstantissima quæque, summèque meritoria opera exercenda convertas.

Confidera III. Quænam illa sint opera, quæ pluris à DEO æstimantur, copiosiusque præmiantur, illa videlicet, quæ laboratij parùm, aut nihil, difficultatis verò ac laboris multum continent, qualia sunt, multum pro DEO injustè pati, nisi sibi ipsi, suoque appetitui constanter inferre, pro aliorum salute multa ac molesta exercitia suscipere, minima officia obire, & cum gaudio administrare &c. Vide itaque, quomodo his operibus exercendis te hæstenu impenderis, vel certe impendere deinceps velis. Colloquium ad Christum.

Pro II. Die.

MEDITATIO I.

DE JUDICIO PARTICULARI.

Tessera.

Domine, non intres in iudicium cum servo tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Psal. 142.

Punctum I.

Confidera I. Quid sit iudicium hoc, nimiram examen, de profectu in arte amandi DEUM, propter quam addiscendam & exercendam in Mundum hunc vel Academiam missi sumus.

Confidera II. Si Discipuli hujus Mundi tantum sæpe timorem concipiunt, quando examinis tempus imminere advertunt, cùm tamen neque de omnibus materiis se examinandos sciant, neque graviores pœnam, quàm levis infamiae, modicæ percussiois, aut detractionis ad inferiorem scholam

scholam timere possint, quantò majorem & justiore tu timorem concipere debeas illius examinis, in quo à severissimo, justissimoque Judice omnium non modò actionum, verborumque, sed etiam cogitationum ratio exactissima exigetur, & ita quidem, ut omnis à te commissus error, si non exclusione ab æterna beatitudine, & descensu ad infernum, certe gravissima pœnarum purgantium inflictione sit castigandus.

Considera III. Quàm ineptè hactenus & imprudenter egeris, tam exigua pro hoc examine sollicitudine gerendo, ad modum scilicet socordium puerorum, qui omnem discendi curam ad ultima propè anni tempora differunt, quo tamen tempore plerumque serò cum Phrygibus sapiunt; detestare ergo puerilem socordiam, novumque seriæ præparationis ad hoc examen propositum concipe. Colloquium ad SS. Patronos.

Punctum II.

Considera I. Quàm sollicitè ij studiosi, quibus examen habendum est, inquirent, quænam quæstiones ab Examinatoribus proponantur; quàmque accurata diligentia ad eas quæstiones, si fortè eas per astum, vel fraudem intellexerint, bene resolvendas sese præparent, & exerceant.

Considera II. Quantò felicior tu existimare hac in parte te debeas, ut cui ultrò omnes quæstiones, quæ eo in examine formabuntur, detectæ sint. an non enim ex te quaeratur, quomodo præcepta DEI & Ecclesiæ, Regulas, & Constitutiones tui Ordinis, mandata tuorum Superiorum particularia, & ipsa tandem, quæ DEO fecisti, vora servaveris? quanta ergo diligentia te ad has quæstiones præparare, quàmque frequenter te in horum omnium capitum observatione exacta exercere te debeas.

Considera III. An & in quibus quæstionibus adhuc debitam te agnoscas, & quomodo vel deinceps melius te ad easdem resolvendas præparare velis. Colloquium ad Beatam Virginem.

Punctum III.

Considera I. Quanta sollicitudine studiosi eo tempore, quod examen antecedit, & pro thesaurate faciendo concessum est,

est, eos errores corrigant, quos fortè in eodem themate atque deprehenderit ipsi, aut ab aliis ostensos agnoverint, quamquam summe reprehensibilis censeretur ille adolescens, qui multiplices illos errores, quos in thema suum irrephisse cognovisset, tempore ad correctionem concessio corrigere omiseret, atque adeò ultrò se pœnis ob negligentiam in examine decernendis obijcere vellet.

Considera II. Quanto major tua Socordia foret, si hoc vitæ tempore, quod ad corrigendas tuas malas cogitationes tam benignè concessum est, ad alias ineptias abutereris, atque cum tot erroribus ad rigidissimum illud examen accedere olim non horreret.

Considera III. Quomodo ergo deinceps omnia illa media, per quæ actiones erroneæ corriguntur (qualia suntamina Conscientiæ, confessio, contritio, oratio, amor &c.) ferio arripere, per eaque omnes tuas actiones, vitamque in ab erroribus liberare velis, ut potiùs cum gaudio ad illud examen accedere, justamque non ascensûs solum ad Cælestem sed etiam præmij æterni, laudisque publicæ olim à supremo Iudice referendæ spem justam concipere possis. Colloquium ad Christum &c.

Pro II. Die.

MEDITATIO II.

DE PURGATORIO.

Punctum I.

Considera I. Quàm graves sùt illæ pœnæ, quæ in Purgatorio infliguntur, nimirum quòd, teste S. Gregorio, gravior sit futurus ille ignis, quàm quicquid homo pati potest in hac vita, imò, ut ait Cæsarius, quicquid pœnarum in hoc sæculo potest aut cogitari, aut videri, aut sentiri, unde etiam B. Maria Magdalena de Pazzis divinitus edocta esse omnia tormenta, quæ passi sunt tot Martyres, esse in hæc mœni horti respectu pœnarum Purgatorij.

Considera II. Si Christus in monte Oliveti tantum ex iminentis passionis consideratione horrorem atque tristitiam percepit, ut etiam sanguineum sudorem profunderet, & tristitiam esse animam suam usque ad mortem affirmaret, quomodo